Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Franziskanische Texte - Cod. St. Peter perg. 28

Zabern, [Überwiegend 1494-1495]

De paupertate

urn:nbn:de:bsz:31-19346

Visual Library

Doctor sacre theologie Egregius. magister grosse teste l incomensis eps. in sermone suo qui sic incipit Paup et inops laudabunt nom t dne Eloquendo de paupertate int alia sic dicit

Spes hundi ut dicit augustinus est venenu cupiditat Vel ut alius textus ht. Venenu caritatis e cupiditas In religiosis qui purgat caritatis venenu. Et aliqui ut hoc faciant pefectius. talem religiois professione accipiunt. quod nichil p seipos nec p totam cogregatione in qua sunt aliquid possidere possunt. Et isti maxime assimilantur discipulis xpi. in quibus et a quibus nichil pprium habebatur. nec psonaliter nec in coi Et post. Hec igitur paupertas que no solu nichil cupit et oia cotempnit. sed etia tam plene potestatem possidendi sibi tollit. quod nec in se nec aliter aliquid possidere possit. est velut culmen. et fastigiu. decus et ornamentu paupertatis Et sic dicitur p excellencia canticu canticorum. sic et hec dici pt paupertas paupertatu. Et hec est similior paupertati ihu xpi Et sicut honorabilior e in curia qui Regem ppinquioribus passibus insequitur. et similioribus vestibus vestimento regali induitur. sic et illi qui hanc excellentem paupertate induti sunt. ceteris sunt merito honorabiliores. quod Cristu Regem ppinquius sequuntur. et nuditate paupertatis qua Cristus pro nobis induere voluit. expressius et decoracius induuntur. Hec ille veritatis acutissimus investigator.

De excellencia et Nobilitate Euangelice paupertatis Mellifluus doctor scs Bernhardus sup illud mathei vto Aperiens os suu docebat eos dices Bti paupes spu ita inquit.

Vere apertu e os eius. in quo omis thesauri sapie et scie sut reconditi. et vere eius hec doctrina. qui in apocalipsi loquitur. ecce noua facio oia. Qui p pphetam ante pdixerat. Aperia os meu. eructabo absco dita a constitucoe mudi. Quid em ta absconditu q paupertate esse beata. Attamen veritas loquitur que nec falli nec fallere potest. et ipa est que dicit. qm bti paupes spu. Sic vos insensati filij adam diuicias queritis. diuicias desideratis usqz adhuc. cu iam btitudo paupez diuinitus comendata. predicata mudo. credita sit ab hominibus. Querat eas paganus qui sine deo viuit. querat iudeus. qui terrenas promissiones accepit. Sed qua fronte magis. aut qua mente cristian9 diuicias querit. postq cristus beatos esse pauperes predicauit. Quousqz filij aliem quousqz vanitate loqt

os vrm · ut btm dicatis pplm cui hec sut.
hec visibilia · hec pncia · cu filius dei os
suu apiens locutus sit veritate · btos esse
paupes. 7 ve diuitibus. Sed diligent
attende · q no simplicit paupes noiat
ppt plebeios paupes · necessitate misera=
bili no laudabili volutate. Spero equidem
profutura eis apud diuie bonitatis mise=
ricordia · hac ipam afflictiois sue miseria
Scio tn dnm hec in loco no de huius moi fuisse
locutu · sed de his qui possut dice cu ppha · Volu=
tarie sacrificabo t. Attamen nec volutaria
eadem paupertas ois laude ht apud deu · Nam
7 phi sua oia reliquisse legut · ut expediti cu=
ris mudialibus · studio vanitatis possent va=
care liberi9. 7 nolebat censu habudare terre=
noz · ut habudarent magis in sensu suo · hos
discernit qd dictu e spu · id e spuali voluntate ·
ppt solu bnplacitu dei · 7 aiaz salute · qm ipoz
e regnu celoz · Beati vere · siquide ipoz e regn
celoz · Sed qs e q sic loqt · qui sic btificat
paupes 7 sic ditat · Putas poterit vez esse ·

Erit sine dubio. Siquidem uerax et potens est qui
promittit. Si murmurat inuidus. respondebitur
ei. Numquid non licet michi facere quod volo. Nonne oculus tuus
nequam est quia ego bonus. Si tu vere humiliatus
es. pro eo quod aduersum me exaltare te voluisti. nonne
qui se humiliant propter me merito sunt exaltandi.
Et vere fratres si miserrimus ille e celo deiectus est. qui
affectauit celsitudinem. altitudinem concupiuit. sub
limitatem presumpsit. nonne consequens est beatos esse
qui sponte in paupertatis humilitatem sese depo-
nunt. et iuxta diuinam promissionem ipsorum est regnum celorum quod
perdidit iste. Et attende quam sapienter ordinaue-
rit sapientia contra peccatum primum remedium primum op-
ponens. Sicut ille si aperte diceret. Vis obtinere celum
quod perdidit superbiens angelus. qui confisus est
in virtute sua et in multitudine diuiciarum suarum. pau-
pertatis vilitatem amplectere. et tuum erit hoc ille.
Et licet beatus Bernhardus dicat quod plures reliquerunt
bona temporalia propter studium vanitatis. tamen mira
leguntur in eorum dictis contemptum diuiciarum magnifi-
ce extollencia. ex quibus vnus fuit Apuleius
philosophus de quo beatus Augustinus octauo de ciuitate dei dicit

In lingua greca et latina Apuleius afer extitit platonicus nobilis Et in epl'a ad Marcellinum in fine mlta de eodem dicit
Hic itaque Lucius Apuleius in Apologia sua quam scripsit contra quendam Emilianum nomine suum aduersarium oratione prima sic inquit —

Idem michi eciam paupertatem obprobrauit. Acceptum philosopho crimen. et ultro profitendum. Enim uero paupertas olim philosophie vernacula est. frugi sobria. paruo potens. emula laudis. aduersum diuicias possessa. habitu secura. cultus simplex. consilio benesuadi. Neminem unquam superbia inflauit. neminem in potencia deprauauit. neminem tirannide efferauit. delicia ventris et inguinum neque vult ullas neque potest. Quippe hec et alia flagicia diuiciarum alumni solent. Paupertas inquam prisca apud secula omnium ciuitatum conditrix. omnium arcium repertrix. omnium peccatorum inops. omnis glorie munifica. cunctis laudibus apud omnes naciones perfuncta. Eadem enim paupertas apud grecos in Aristide iusta. in Socrate sapiens. in Home

Non congruum dictum a pagano.

ro diserta. Eadem etiam paupertas populo roma-
no imperium a primordio fundavit. Infra.
Possum quidem tibi et ipsius nominis controversiam facere. nemi-
nem nostrum pauperem esse qui superuacanea nolit.
possit necessaria. que natura oppido pauca sunt.
Nam is plurimum habebit. qui minimum desiderabit.
habebit enim quantum volet. qui volet minimum. Et
idcirco divicie non melius in fundis et in fenore
quam in ipso hominis estimantur animo. Qui si est avari-
cia egenus. et ad omne lucrum inexplebilis. nec
montibus auri saciabitur. sed semper aliquid ante parta
uti augeat mendicabit. Que quidem vera con-
fessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi
ex opinione inopie venit. Nec refert quam magnum sit.
quod tibi minus est. Infra. Eiusdem didici ea re pre-
cedere maxime deos hominibus. quod nulla re ad usum sui
indigeant. Igitur ex nobis cui quam minimis opus sit.
eum esse deo similiorem. Hec ille paganus.
Item alius philosophus dictus Secundus. interrogatus
ab imperatore Adriano helio quid esset
paupertas respondit scripto. quia proposuerat non loqui.
Paupertas est odibile bonum. Sanitatis ma-

ter. Curarum remotio. Sapientie reparatrix. Negociatio ſine dampno. Poſſeſſio absque calumnia. Sine ſollicitudine felicitas. Seneca quoque preceptor Neronis in epistolis ad Lucillum de paupertate tam preclare tamque euangelice perfectioni conſona eloquitur. ut ſi ea quecunque eciam precipuus doctor catholicus dixiſſet. laudem merito haberet. Inter alia hec pauca dicit multa.

O Lucille. incipe cum paupertate habere commercium. Illude contempne opes. Nemo alias eſt deo dignus. quam qui opes contempſerit. Honeſta res eſt leta paupertas Paupertas enim expedita ſecura eſt. Si ad naturam vixeris. nunquam eris pauper. ſi ad opinionem. nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat. opinio vero immenſum. Hec ille. Si igitur pagani tam alte de paupertate ſenſerunt cuius tamen veram radicem ignorauerunt multo alcius et profundius debent habere ſenſum de euangelica paupertate hij. qui profeſſores ipſius effecti. tanto lucidius eius co

templant pulchritudinē quanto ꝓpinquiores
ſoli iuſticie per imitacōm efficiuntur.
Unde et beatiſſim9 pr nr franciſcus vidēs
q ſaluator nr ihs xps in hac vita regnū ce-
loꝝ euangelice pauptati tradidit ꝓ mercede.
cū aliis v̄tutib9 ſolū de futuro ꝓmiſerit. tanto
ſpūs feruore eam ſibi deſponſauit. q in ea
cupiebat oms excedē. qui ex ea didicerat ſe
omnib9 inferiorē reputarē. Qua ꝓpter vo-
lens ſui ordinis frēs nichil poſſidē in tēra mo-
rienciū. ſed totū eoꝝ deſideriū trahē ad bona
in tēra viuenciū. precepit eis dicēs frēs nichil
ſibi approprient nec domū nec locū nec aliquam
rem. ſed tanquam pegrini et aduene in hoc ſclo in paup-
tate et hūilitate dno famulātes. vadāt p elēo-
ſina ꝯfidenē. et cetera. Hec ſit porcio vr̄a que per-
ducit in terram viuenciū. Cui dilectiſſimi frēs to-
taliter inherentes. nichil aliud ꝓ noīe dni nri ihu
xpi in ꝑpetuū ſub celo habere velitis. quia hec ſuffi-
ciat vobis. Hanc igitur euangelicā pauptatē tanquam
petrā imobilem in ſua reglā pro fundamēto in-
diſſolubili collocauit. ita ut quicunque eā deuote

fideliter et feruent amplectuntur non debeant
sollicitari de terrenis quibus parati sunt celestia
et iuxta aplm sunt tanquam nichil habentes et omnia possi
dentes · quia qui hanc vere habet · habet et deum · et qui
habet deum omnia habet et qui omnia habet nichil plus requirit.

Regula Sctissimi pris nri Francisci scdm
Seraphicum Doctorem scm Bonauenturam
epistolari more Inchoatur Honorius eps
Narratione deducitur Regula et vita minorum fratrum
Conclusione terminatur Nulli ergo omnino hominum liceat
Ista regula que xii habet capitula ad modum xii portarum ·
per illam ciuitatem significatur que in apocalipsi xii
portis habuisse describitur · huius ab Oriente portas
tres · Ab Aquilone portas tres · Ab Occidente
portas tres · A meridie portas tres · Tres prime
rubrice qui tres porte radios respiciunt orientis ·
Tres secunde excludunt pericula aquilonis Tres
tercie obuiant ruine occidentis · Tres ulti
me Australibus sunt referte delicijs
Prima rubrica Religionem summarie instituit
Regula et vita minorum fratrum hec est etc.